BIBLIA LATINA, BD. 2
Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh.
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



prauitatem cordis sui. et post baalim
quod didicerunt a patribus suis. Id
circo hec dicit dominus exercituum
deus israel. Ecce ego cibabo populum istum
absinthio. et potum dabo eis aquam
fellis. et dispersam eos in gentibus quas
non nouerunt ipsi et patres eorum. et
emittam post eos gladium donec
consumantur. hec dicit dominus
exercituum deus israel. Contemplamini
et uocate lamentatrices. et ueniant
et ad eas que sapientes sunt mittite
et properent. festinent. et assumant
super uos lamentum. Deducant
oculi nostri lacrimas. et palpebre et
uestre defluant aquis. quia uox lamen
tationis audita est de syon. Quomodo
uastati sumus. et confusi uehementer.
Quia dereliquimus terram. quoniam
deserta sunt tabernacula nostra. Au
dite ergo mulieres uerbum domini
et assumant aures uestre sermonem
oris eius. et docete filias uestras lamen
tum. et unaquaque proximam suam
planctum. Quia ascendit mors per
fenestras uestras ingressa est domos
uestras. disperdere paruulos deforis. iu
uenes de plateis. Loquere hec dicit
dominus. et cadet morticinium homi
nis quasi stercus super faciem regi
onis. et quasi fenum post tergum
metentis. et non est qui colligat. Hec
dicit dominus. Non gloriatur sapi
ens in sapientia sua. et non gloriatur
fortis in fortitudine sua. et non gloriatur
diues in diuitiis suis. Sed in hoc
gloriatur qui gloriatur scire et nosse me
quia ego sum dominus qui facio. n.

misericordiam. et iudicium. et iusticiam
in terra. Hec enim placent mihi dicit do
minus. Ecce dies ueniunt dicit do
minus. et uisitabo super omnes qui cir
cumcisum habent preputium. super egyptum
et super iudam. et super edom. et super filios
amon. et super moab. et super omnes qui
tonsi sunt in comam habitantes in de
serto. quia omnes gentes habent preputi
um. Omnis autem domus israel incir
cumcise sunt corde.

X

Audite uerbum quod locutus
est dominus super uos do
mus israel. Hec dicit dominus
Iuxta uias gentium nolite discere et
a signis celi nolite metuere que timent
gentes. quia leges populorum uane sunt.
quia lignum de saltu precidit opus
manuum artificis in ascia. Argento
et auro decorauit illud. clauis et mal
leis compegit. ut non dissoluatur in
similitudinem palme. fabricata sunt
et non loquentur. portata collentur
quia incedere non ualent. Nolite ergo
timere ea. quia nec bene possunt fa
cere nec male. Non est similis tui in
diis domine. magnus tu. et magnum
nomen tuum in fortitudine. Quis non
timebit te. O rex gentium tuum est
enim decus inter cunctos sapientes.
gentium et in uniuersis regnis eorum.
nullus est similis tui. Pariter in
sipientes. et fatui probabuntur doctri
na uanitatis eorum. Lignum est
argento inuolutum. De tharsis af
fertur et aurum. De ophas opus
artificis. et manus erarii. Iacinctus
et purpura in dumentum eorum. Opus